



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

48. An Iudici dari aliquid possit, in casu quo alterutram sententiam in
judicando sequi potest?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

48. Quid si varietas fit sententiarum, ut Judici liberum sit utramlibet opinionem in iudicando sequi. Respondeo semper curandum esse Judici gratis, ut sententia iusta sit, quia cum talis actio ex officio debita sit, non potest pro illa quidquam exigi à Judice. VERUM, quia tunc utraq; pars iusta censetur, *dubitari potest*, utrum contra iustitiam peccet, si aliquid accipiat, ut hanc potius quam illam in iudicando sequatur? VIDETUR non ita peccare. 1. quia rationes prædictæ hic cessant. 2. quia non tenetur ad alteram determinatè, sed liberum ei est sequi, quam maluerit. Ergò si aliquid accipiat, ut hanc sequatur potius quam illam, non facit ulli injuriam. Consequentia patet, quia cum res non est debita, non est contra iustitiam (spectato solo jure naturæ) exigere pro ea re pretium, si alioquin pretio æstimabilis sit. 3. quia non accipit pretium pro iustitia sententiæ, sed quia in hac causa hanc opinionem præfert isti ad quam nullo modo tenebatur. Hoc autem est pretio æstimabile tum quia utilissimum parti, tum quia sequendo hanc opinionem,

amit-

am, amitit favorem alterius partis, cui gratifi-
 cio- cari potuisset. 4. quia nemo dixerit, illi
 em- parti, à qua Judex in hoc casu aliquid ac-
 sen- ceperit, factam esse injuriam, imò passim
 offi- hâc mente dantur à partibus & accipiun-
 qua- tur munera à Judicibus, ut quantum intra
 traq; limites justitiæ possunt, Judices suum fa-
 rum- vorem impendant, quamvis hoc valdè sit
 cipi- reprehensibile, & meritò legibus vindi-
 can- candum. Idem sæpè fit in collatione offi-
 care. ciorum sæcularium: in beneficiis tamen
 tant. erit simonia, quamvis fortè jure naturæ
 rmi- non sit obligatio restituendi: ut docet *Leß.*
 ma- *lib: 2. cap. 35. dub: 28.* cujus opinione *cap:*
 c se- *14. dub: 9.* hæc argumenta (si solùm jus
 it ulli naturæ spectetur) faciunt sententiam
 cum hanc satis probabilem. Nihilominus legi-
 stiti- bus id vetitum est, quæ etiam possunt ad
 gere restitutiõem obligare, imò & incapacem
 æsti- dominii rei efficere, hoc titulo datæ ac-
 pro- quirendi, quia revera id, quod datur pro
 causa justitia obtinenda, vel injuria vitãda, non
 quam censetur dari spontè sed coactè & ex metu
 n est injuriæ proveniente ab eo cui datur. ergò
 num necessario restituẽdum est, quia censetur
 nem, per tacitam quandam injuriam extortum,
 mit- quæ

quæ verè restitutionis faciendæ est ratio: ob quam similiter testis restituere tenetur; quod accepit, ut verum testimonium diceret, etsi enim non semper ex iustitia teneatur testari, tamen si testari velit, tenetur ex iustitia veritatem testari, nisi veritatis testimonium in eius damnum cederet, quo casu posset aliquid exigere pro damno vel periculo, quod metuit, uti & si labor aut sumptus testi subeundus sit: idemque est de depositario, commodatario, qui pro deposito reddendo, aut debito solvendo exigere nihil potest, secluso labore aut alio pretio æstimabili. Neque etiam pro omissione injuriæ aliquid peti potest, v. gr. ut non occidas, non detrahas, quia hæ omissiones ex iustitia debitæ sunt absq; ullo pretio, & nihil sumptus vel laboris habent: undè L. 2. ff. de *condict: ob turp: caus:* dicitur. *Iulianus dicit si dederò tibi ne hominem occidas, condici posse, id est, posse repeti.*

49. Dices i. etsi talis ommissio debita sit, non tamen est debita in tui gratiam, ergò, si quis tui causa abstineat ab injuria alteri inferenda, qui te non contingit, poterit